



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita Beati P. Philippi Nerii Florentini. Congregationis Oratorii Fvndatoris

Gallonio, Antonio

Mogvntiæ, 1602

Petrum Victricium à morte liberat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43172

Christi
1564.65

Pij V. Pap.
5.6

Ætatis
49.50.51 211

quandam in ipso noctis silentio au-
diuit. Frater Michael Cardinalis A-
lexandrinus Pontificatum obtine-
bit. Creatus is fuit vij. idus Ianuarias
anno millesimo quingētesimo sex-
agesimo sexto, sedit annos sex, mē-
ses tres, dies viginti tres.

Iesu Christi anno
1566

Pij V. anno
I

Ætatis anno
51.52

Petrum Viētriciū à morte liberat.

ANno Christi millesimo quin-
gentesimo sexagesimo sexto
Petrus Viētricius Parmensis graui
oppressus a corporis valetudine te-
nebatur lectulo: eum adeò morbus
vrgebat, vt destitutus à medicis pro
mortuo lugeretur à suis: interim
venit ad eum Philippus, manibus-
que moribundo admotis, precibus
pro eo fufis, illud his rebus affecu-
tus est, vt is adeò melius confestim
habere cœperit, vt duobus vix in-
terpositis diebus è lecto planè

*à
Eius res
iuratus te-
stis est is
ipse Petrus;
sed non G-
nicus.*

Vitæ lib. 2.

○ 2

inco-

a
Dum hac
imprimū-
tur eripi-
tur nobis
viij. kal.
April Ec-
clesiasticis
sacramen-
tis rite per-
ceptis. idē
Petrus Vi-
etricius,
ætatis an-
no septimo
Et nona-
gesimo.

incolumis surrexerit. Viuit is ad-
huc, confitetur ter per hebdomodā
totidem communicat in templo
nostro sanctæ Mariæ à Vallicella.

*Antonium Fuccium ad piē morien-
dum adiuvat.*

Eodem ipso anno Antonius Fuc-
cius medicus, quæ esset eius in-
morientes pietas, in se ipso experiri
meruit. De eo, cum quodam die,
me aliisque præsentibus loqueretur
Philippus: is, dicere cœpit, cum vir-
ginem quandam religiosam valde,
grauissimo morbo laborantem, in
ecstasi positam comperisset, mora-
tusque ibi tandiu quoad ægra ad se
rediret, hæc ab ea ubi primū ecsta-
si liberatur, audit: hem Antoni, qua-
te vidi inter Angelos pulchritudi-
ne, qua venustate? Quibus ille per-
territus confestim ad Beatum Patrē
aduolat, rem vt se habuerat totam
narrat; tum domum reuersus, eo
ipso die in morbū incidit, ex quo nō

con-